

Orat. Creat. D. Davidis Magiri. &c.

as referre sententias legimus, quorum vt Jurispruden-
tiæ luminum vestigia secutos esse non pœnitebit.

Porro **D E U S** **T E R** **M A X I M U S** faxit, vt nouos ho-
die collatos Titulos speratus sequatur effectus, **D E I**
gloria, Ecclesiæ commodum, Reipublicæ salus, Patriæ
ornamentum, bonis solatium, malis euersio, tibi tuis-
que honos, emolumentum ac decus perpetuum.

Quod reliquum est, Clarissimus Dominus Do-
ctor jam nunc, tùm in excutienda selectiore aliqua
quæstione, tùm in agendo gratias, Illustrissimo Am-
plissimoq; coetui huic, qui sui honoris, con-
gratulationis, officijq; causa con-
uenit, suis quoq; fungatur
partibus.



P R O-